bernātia vitā politicā. Potentia aut̄ dicit rationem principij. vñ de illud est maxime principij quod est potē-
tissimum. et ideo tale reuerendissimum.

Quid vo inq̄. **Hic** oñdit p̄dictis esse annexā glōriā et leticiā dicens. Quid vo censes. i. iudices. Illud qd̄
est sufficiētissimū. potētissimū reuerēdissimū ē. ne h̄ obscurū et ignobile. vel est clarissimū oī celebratē. i. glōria
Rūdit boetius. Ego p̄fitear illud esse celeberrimū. i. glōriōsissimū sicut est. **Tūc** p̄bia p̄cludit dicens. Cōsequēs
igit̄ ē vt fateamur claritudinē. i. glōriā. nihil differre a tribz sup̄ioribz. et dicit boetius. Cōsequēt̄ inq̄. **Tūc** p̄bia
oñdit idē de leticia dicens. Illud qd̄ nulli⁹ alieni egeat. et qd̄ cūcta suis viribz possit qd̄ sit reuerendū et clarū
nonne hoc est letissimū. **respondet** boetius. nō possim cogitare. vñ tali vllus meroz obrepat. id est intret.

parauerint. i. acq̄siuerint sibi falsa bona. graui mole
i. tediosa sollicitudine. tandē tedio ducti cognoscāt
vera bona. **Nota**ndū q̄ ista rēp̄catio p̄bie non est
ex maliuolentia. s̄ ex benignitate: et ideo nō optat q̄
homines p̄maneāt in desiderio bonoz t̄paliū. sed vt
illud desiderij magis sit eis mediū. p̄ducendi ad ve-
rū bonū nec ip̄a imp̄cat cupiditatē vel ambitionē to-
noris adesse sed vt quibz adest p̄ hoc ad verū bonū
deducant̄.

Prosa nona tercij libri.

Hactenus mendacis. **Ista** est. ix. p̄sa hui⁹ ter-
cij in qua p̄bia vult oñdere que sit vera beati-
tudo. **Et** p̄mo p̄tinuat dicta dicēdis. sc̄do as-
signat cāz false felicitatis. **Tercio** oñdit q̄ sit vera fe-
licitas. sc̄da ibi. **Qd̄** em̄ terciā ibi. **Habes** igit̄ inq̄ et
formā. **Primo** dicit. **Hactenus**. i. hucusq̄ suffecerit
oñdiffe formā mendacis felicitatis. i. false. quā si p̄spi-
caciter intueris. i. p̄sideres. ordo est. i. restat monstra-
re. teinceps. id est postea. q̄ sit vera felicitas. **Et** dicit
Boetius. Ego video nec opibz sufficiētiā posse con-
tingere. nec regnis potētiā. nec dignitatibz reueren-
tiā. nec celebratē glōria. nec leticiā voluptatibz q̄ ta-
mē vidēt̄ p̄mittere. **Et** sic falsa felicitas est in eis. et
dicit p̄bia. **Nūq̄d** tu rēphēdisti cās cur illud ita sit
Et dicit boetius. Ego videoz intueri. i. cognoscere te
nū rimula. q. d. nō plene s̄ imp̄fecte video illas cau-
sas. s̄ aptius cognoscere malim. i. magis vellē ex te. et
dicit p̄bia. **Atq̄** p̄ certe. rō. i. cā false felicitatis. p̄m-
ptissima est. **Nota** q̄ falsa felicitas dicit̄ mendax
eo q̄ nō adimplet qd̄ p̄mittit. diuitie. n. p̄mittit suf-
ficiētiā. dignitates. reuerētiā. quā nō p̄ferunt sicut
patet ex p̄dictis. **Nota** q̄ cognitio false felicitatis
vtilis est. qz cognitio mali expediēs est ad cautelam
vñ alanū in rēplacitu nature. qz malū nō vitat̄ ni-
si cognitū. et qz noticia mali ducit in cognitionē boni
p̄ apposituz. igit̄ vult p̄bia p̄mo assignare cās false
felicitatis: et tūc oñdere q̄ sit vera felicitas.

Qd̄ em̄ simplex est. **Hic** p̄bia assignat cām false
felicitatis et declarās eā oñdit. q̄ sufficiētia. potētia.
et reuerentia. glōria et leticia sint vnū in re. sc̄do oñ-
dit quōd boies ista sepat̄ ab inuicē: sc̄da ibi. **Hoc** igit̄
qd̄ est vnū. **Primo** dicit q̄ cā false felicitatis ē. q̄ er-
roz human⁹ id qd̄ est simplex et indiuisuz natura se-
parat. i. diuidit. et error hūan⁹ traducit a vero bono
et p̄fecto ad falsum et ad imp̄fectū bonū. **Et** tūc decla-
rat istā cām oñdens q̄ reuerentia. potentia et oia ta-
lia sunt vnū et idē in re. et p̄mo oñdit potētiā idē esse
cū sufficiētia: et dicit. An tu arbitraris illud qd̄ ni-
hilo indigeat illud egere potētia. **Et** rūdet Boetius
Minime inq̄. **P̄bia** approbat dicēs. Recte tu qdē
rūdes. Nā si qd̄ est qd̄ sit valētie imbecillioris. i. po-
tentie debilis. in vlla. i. in aliqua re. necesse est q̄ hoc
egeat alieno p̄sidio. **Et** dicit boetius ita est inq̄. **Cōdu-
dit** q̄ p̄bia dicens. Igit̄ vna et eadē natura sufficiē-
tie et potētie: et dicit boetius. sic vidēt̄. **Tūc** p̄bia oñ-
dit dignitatē eē eandē cū p̄dictis dicēs. **Qz** vo huius
modi sit. s̄. sufficiēs. et potēs. ne. i. nūq̄d illud cen-
ses. i. iudices sp̄nēndū tanq̄ indignū. an p̄ nō sp̄-
nēndū. s̄ dignissimū veneratione oim̄ rex. **Rūdit** bo-
etius. **Nō** pōt dubitari qn̄ hoc sit dignissimū oī ve-
neratione.

Tunc concludit phia dicens. Si superiora manebunt vera necesse est illud plenum esse leticie. et per eadem necesse est esse noia diuersa sufficientie. potencie. claritudinis. reuerentie et iocunditatis. et subam eorum nullo modo discrepare. quod procedens boetius dicit. necesse est in quibus. **¶** Notandum quod omnis creature operantur ad deum sicut effectus ad suam causam. et quod noticia cuiuslibet cause relucet in suo effectu. necesse est ipsius dei habere noticia per effectus et noticia cum laude. quod effectus dei repugnant ipsi sub ratione bonitatis et perfectionis que est materia laudis. cum autem gloria sit clara cum laude noticia necesse est principium omnium rerum. quod est sufficientissimum. potentissimum et reuerentissimum. etiam esse gloriozissimum. **¶** Notandum quod sufficientissimo nullum bonum deest. et tale habet appetitum determinatum in bono adepto. quod autem appetitum in bono adepto est leticia. et bonum sufficientissimum etiam est letissimum. **¶** Notandum quod omnia ista sufficientia. potentia. reuerentia. gloria et leticia sunt unum in se. non autem sunt unum in substantia sicut aggregatum ex diuersis rebus. tunc enim esset ibi compositio. quod repugnat potentissimo et dignissimo. eo quod simpliciora digniora sunt compositis. sed de hoc postea melius patebit.

¶ Hoc igitur quod est unum. Hic phia ostendit qualiter homines illud quod est unum reuident. Secundo mouet dubitationem ibi. Quid igitur in quibus. Primo ostendit quod homines diuidunt illud quod est unum. et dicit. Illud quod est unum et simplex natura. illud dispartit. id est diuidit prauitas humana. id est prauus error hominum querendo unum sine alio. et dum homines conantur. id est laborant adipisci partem rei. que partibus caret homo non assequitur ullam portionem. id est partem. nec ipsam rem integram quam affectat: et querit boetius. Quo nam modo diuidunt homines ista: dicit phia. que petit diuitias propter fugam penurie. id est cause sufficientie. nihil laborat de potentia. sed mauult. id est magis vult. esse vilis. id est indignus. et obscurus. id est in gloria. et ita nihil curat de dignitate et gloria. talis etiam subtrahit sibi multas voluptates naturales. ne amittat pecuniam quam parauit. id est lucratus est. sed hoc modo ne sufficientia contingat ei. que valentia. id est potentia deserit. que molestia pungit. quem vilitas. id est irreuerentia abijcit. que obscuritas. id est infamia recondit. quasi dicat non. Tunc ostendit de potentia idem dicens. Qui vero solum desiderat posse. id est potentiam ille perfligat. id est dispergat opes respicit voluptates. et honorem carentem potentia. et nihilipendit gloriam. sed vides hunc supple potentem que multa deficient. fit enim ut talis egeat necessariis. ut mordeatur anxietatibus. et cum nequeat ista repellere. etiam illud quod maxime petebat. desistat esse potens. Sicut licet ratio cinari de alijs tribus. scilicet de honoribus de gloria. de voluptatibus sicut de predictis duobus. nam cum unum quodque horum perfecte acceptum sit. id est quod cetera ut declaratum est. quisquis petit aliquid horum sine ceteris non apprehendit illud quod desiderat.

¶ Notandum qui querit partem rei indiuisibilis partem non inueniet nec ipsam rem cuius partem querit. quia in rerum natura indiuisibile partem non habet. cumque igitur predicta quinque. scilicet sufficientia. reuerentia etc. ex parte rei sint unum et indiuisibilia. licet differant nominibus. qui querit unum sine alio non inueniet. **¶** Notandum quod ista quinque. putantur inueniuntur in rebus sensibilibus in quibus habent esse modo imperfecto et diminuto sic unum inuenit sine alio. in quantum autem accipiuntur esse perfectum et esse summum. putantur inueniuntur in beatitudine. sic sunt idem indiuisibiliter. et unum non inuenitur sine alio. quia summa sufficientia est beatitudo. summa reuerentia est beatitudo. summa potentia est beatitudo. et sic de alijs. **¶** Notandum quod quod homo naturaliter desiderat beatitudinem. tunc unum quodque predictorum quinque desiderat esse et spectat ad beatitudinem. hoc autem est esse perfectum in quantum eadem sunt beatitudini. et quia beatitudo cum sit deus est indiuisibilis. omnia quinque predicta sunt unum indiuisibiliter. Ex quo patet quod quod homines querunt ista esse et imperfecta in quantum sunt in sensibilibus. et tamen desiderant ea esse perfectionem. ideo homines non assequuntur per ea quod desiderant.

¶ Quid igitur in quibus. Hic phia mouet dubitationem. quod dictum est iam quod homo querendo singulum horum diuisim ipse frustratur beatitudine. Potest et dubitari. utrum querendo omnia simul queratur beatitudo. dicit et Boetius in littera. Quid igitur in quibus. quasi dicat. licet non queratur beatitudo querendo unum quodque diuisim. quid igitur erit si quis simul cuncta cupiat adipisci. nunquid ille sic velit summam beatitudinis. nunquid beatitudines reperiet in his bonis que demonstrauimus non posse preferre. quod pollicentur. id est promittunt. Et respondet Boetius. Minime in quibus. Concludit et phia dicens. In his et nullo modo est inuestiganda beatitudo. que creduntur prestare singula expectantur. id est desiderantur. Quod Boetius procedit dicens. Quo fateor. id est affirmo in quibus ita esse. et hoc nihil verum dici potest. **¶** Notandum si aliquis querit omnia quinque simul ille querit beatitudinem in vniuersali. sed errat in particulari querendo ea in istis temporalibus bonis in quibus non inuenit. non enim summa sufficientia nec potentia inuenit in eis. et sic patet quod querens unum illorum vel omnia simul esse et inueniuntur in rebus sensibilibus cum habeant esse in eis modo imperfecto non consequuntur beatitudinem. querens autem unum istorum esse perfectum cum omnia sunt unum indiuisibiliter omnia querit et querit beatitudinem.

¶ Hoc igitur quod est unum simplexque. natura prauitas humana dispartit. et duz rei que partibus caret parte conatur adipisci. nec portione que nulla est: nec ipsam quam minime affectat assequitur. **¶** Quo nam modo in quibus. **¶** Qui diuitias inquit petit penurie fuga de potentia nihil laborat. vilis obscurusque esse mauult: multas etiam sibi naturales que subtrahit voluptates: ne pecuniam quam parauit amittat. Sed hoc modo nec sufficientia quidem contingit ei que valentia deserit. que molestia pungit. que vilitas abijcit. que recondit obscuritas. Qui vero solum posse desiderat. perfligat opes. respicit voluptates. honoremque potentia carentem. gloriamque nihilipendit. Sed hunc que multa deficient vides. fit enim ut aliquando necessariis egeat. ut anxietatibus mordeatur. Cumque hec repellere nequeat. etiam id quod maxime petebat. potens esse desistat. Sicut ratio cinari de honoribus. gloria. voluptatibus licet. Nam cum unum quodque horum idem quod cetera sit. quisquis horum aliquid sine ceteris petit: nec illud quidem quod desiderat apprehendit. **¶** Quid igitur in quibus. **¶** Siquis cuncta simul cupiat adipisci. summam quidem beatitudinis velit. sed non in his ea reperiet que demonstrauimus id quod pollicentur: non posse preferre. **¶** Minime in quibus. **¶** his igitur que singula quedam expectantur prestare creduntur beatitudo nullo modo inuestiganda est. **¶** Fateor in quibus et hoc nihil verius dici potest

Habes igitur inquit. Postquam philosophia assignauit causam false felicitatis. hic ostendit que sit vera felicitas. Secundo ostendit in qua sit constituta. ibi. Quomodo igitur agnouisti. Primo philosophia dicit. Habes igitur iam causas et formam false felicitatis. nunc delecte intuitu mentis tue in aduersum. id est in contrarium false felicitatis hoc est ad veram felicitatem. ibi statim videbis veram felicitatem quam promisimus. Et dicit boetius. Atque pro certe. vera beatitudo perspicua est. id est manifesta et dictis etiam boi ceco. quod dicitur. tam manifesta est vera beatitudo ex dictis quam etiam ceco si aliquid posset videre pateret. et tu paulo ante monstrasti eam supple veram felicitatem. dum conabaris aspicere. id est declarare. eas false felicitatis. et dicit boetius. Nisi ego fallor ea est vera et perfecta felicitas. que proficiat sufficienter potestate et reuerendum. celeberrimum et letum. ut etiam tu philosophia cognoscas me boetium inter? id est plenius aduertisse que sit vera felicitas: ego sine ambiguitate cognosco hanc esse plenam beatitudinem. que vni hominum. id est predictorum veraciter potest prestare. quam idem cum cetera sunt et dicit philosophia quasi congratulando boetio. O alumne hac opinione te felicem supple dico. siquidem hoc adieceris supple quod modo dicam. Et dicit boetius. Quid nam inquam. id est dicam. Dicit philosophia. Putas ne aliquid esse in his rebus mortalibus et caducis. id est transitoriis. quod possit afferre. id est dare huiusmodi statum. respondet boetius. Minime puto et illud ostensum est a te ut nihil amplius desideret a beatitudine. Concludit ergo philosophia dicens. Nec igitur sufficientia. reuerentia etc. que in rebus caducis inveniunt vel sunt imagines. id est similitudines veri boni. et videntur dare mortalibus imperfecta bona. vel non autem et perfectum bonum proferre non possunt. et dicit boetius assentior inquit. Nota sufficientia imperfecta que considerantur in rebus temporalibus non est vera sufficientia. sed tantum similitudinaria. Sufficientia autem perfecta includit omnia alia que tuorum et singulorum aliorum quatuor perfecte alia includit. et ideo illud quod dat vni perfectum dat omnia. et illud quod dat omnia facit vere perfectum. ergo dicit boetius. illud quod potest veraciter vni proferre illud cognosco esse beatitudinem. Item assentior est verbum deponetale: et ideo significat cum verbo neutrali quod est assentio.

P. Habes igitur inquit et formam false felicitatis et causas: delecte nunc in aduersum mentis intuitu: ibi. n. veram quam promisimus statim videbis. **B.** Atque hec inquit vel ceco perspicua est etiam tu paulo ante monstrasti: dum false causas aspice conabar. **M.** (nisi fallor) ea vera est et perfecta felicitas: que sufficienter: potenter. reuerendum. celeberrimum. letumque proficiat. Atque ut me interius aduertisse cognoscas. que vni hominum (quam idem cuncta sunt) veraciter prestare potest. Hanc esse plenam beatitudinem sine ambiguitate cognosco. **P.** De te alium hac opinione felicem liquidum hoc inquit adieceris. **B.** Quid nam inquit? **P.** Esse ne aliquid in his mortalibus caducisque rebus putas que homini statum possit afferre? **B.** Adime inquit puto. atque a te nihil ut amplius desideret ostensum est. **P.** Nec igitur vel imagines veri boni: vel imperfecta quedam dare bona mortalibus videntur. verum autem atque perfectum bonum proferre non possunt. **B.** Assentior inquit. **P.** Quomodo igitur agnouisti que vera illa sit. que autem beatitudinem mentiantur: nunc superest ut vnde veram hanc petere possis agnoscas. **B.** Id quod iam dudum vehementer expecto. **P.** Sed cum vti in thimeo platoni inquit nostro placet. in minimis que rebus diuinum presidium debeat implorari. quid nunc faciendum censes ut illius summi boni sedem respirare mereamur? **B.** Inuocandum inquit rerum omnium patrem: quo pretermisso nullum rite fundat exordium. **P.** Recte inquit: ac similita modulata est.

Quomodo igitur que vera. Hic ostendit philosophia in quo vera felicitas sit constituta. et primo tangit ordinem huius partis ad precedentia. et docet diuinum auxilium esse implorandum ut cognoscatur in quo sit vera beatitudo. secundo inuocat diuinum auxilium. tercio ostendit intuitum in quo sit vera beatitudo. secunda ibi. Quod perpetua. tercia ibi. Quomodo igitur. Primo dicit philosophia. O boeti quomiam agnouisti que sit vera beatitudo et agnouisti que mentiantur beatitudinem. nunc superest ut agnoscas vnde illam veram beatitudinem petere possis. Et dicit boetius. Illud iam dudum a te vehementer expecto. et dicit philosophia. Cum diuinum presidium. id est auxilium in minimis rebus debeat implorari (sicut placet platoni nostro in thimeo) id nunc censes faciendum supple in tam arduo negotio. Respondet boetius. Inuocandum super. censeo patrem omnium reum. id est deum sine quo nullum exordium rite fundat. quod approbat philosophia dicens. recte tu inquit censes. et similita ne interuallo philosophia ita modulata est. id est. posuit inuocacionem dei metrica modulatione.

Nota que in omnibus diuinum auxilium est implorandum. quia deus est que diuinitas sue sapientie influit in animas sapientium. et tribuit studentibus gratiam cognoscendi. cui nihil est difficile. et sine quo nihil possibile est possideri. ita scribit in prologo de regimine principum. et omne datum optimum et omne donum perfectum deorsum est descendens a preeluminum. ut dicit alia scriptura. Et dicit beatus augustinus. Nemo tamen rudis: nemo tam doctus que superna illustratione non indigeat. Et beatus Gregorius. Nisi intus sit que doceat: inuani lingua doctoris laborat. **Boetius** volens ostendere in qua sit vera beatitudo inuocat diuinum auxilium. que pretermisso nullum rite fundat exordium.

Metrum. ix. tercium libri.

Qui perpetua mundum ratione gubernas. Istud est metrum nonum huius tercii. quod dicitur omericum ab inuentore que omerus ipsum adinuenit et dicitur eroicum a materia. quia gesta heroum. id est virozum illustrium. **B.** metro describentur et dicitur dactylicum a pede pedante. Exametrum a numero pedum. quia constat ex sex pedibus. In quo metro philosophia inuocat diuinum auxilium ad ostendendum in quo sit vera beatitudo. et quo ad ipsam pueniat. Primo ergo philosophia captando beniuolentiam dei ipsum multipliciter commendat. secundo petitione sua exprimit. ibi. Da pater. Circa primum sciendum que tria requirunt ad petitionem exaudiendam. Primo requiritur potentia exaudiendi. secundo voluntas. tercio scia. De primis duobus dicitur in quarto huius psalms. duo sunt in quibus omnis humanorum actuum effectus constat voluntas et potentia. quorum si alterum desit nihil est quod explicari queat. De scientia patet. quia sine ea nihil rationabiliter gerit. Volens ergo philosophia ostendere que deus possit. velit. sciat et audire sua petitionem. ostendit ipsum esse potentem ex mundi gubernatione. ex celi et terre creatione. ex temporis productione. Secundo ostendit ipsum volentem siue beniuolum ex sui bonitate et demerita qua produxit cuncta. tercio ostendit ipsum esse sapientem ex quodammodo affectu specialium productione. Secunda ibi. Quare non externe. tercia ibi. Tu numeris.

Primo dicit. O pater qui gubernas mundū ppetua rōne. i. ppetua puidētia tua. q̄ es sator. i. creator terraz et celi. qui iubēs tps ire. i. pcedere ab euo. i. a ppetua tua duratione. tu manēs stabilis. i. immutabilis. das. i. facis cūcta moueri. **M**otādū q̄ tota ista lra Qui ppetua. vsq; ad illam ptē. da pater. debz legi suspēsiue. z pōt o hic teneri vocatiue admiratiue vel dēpctiue. **M**otādū q̄ gubernare est res in debitu sui finē ordina re qd̄ spectat ad diuinā bonitatē. regit aut̄ prima cā oēs res pter hoc qd̄ p̄miscet cum eis influendo sup eas virtutē vite et bonitatis fm̄ auzōre libro de causis. **M**otādū q̄ mūdus fm̄ aresto. in li. de mūdo. est p̄stitu tio ex celo z terra z naturis. que in eis sunt. que mūdū deus gubernat ppetua rōne. i. sua puidētia ppe tua que nō est transitoria sicut puidētia humana. s̄ pmanet duratiōe infinita. **M**otādū sicut aliquis dicit sator q̄ semina plantaz z arborz p̄icit. sic deus dicit sator in q̄tum celum et terrā creauit z p̄duxit. p̄ cellū aut̄ z terrā etiā intelligunt̄ elementa q̄ sunt in medio. dicit aut̄ terraz. p̄pondo numez pluralē pro singulari p̄ antitesim. **M**otādū q̄ tps est duratio successiua cū sit numerus mot⁹ fm̄ prius et posteri⁹ ex q̄to pbisicoz. que duratio p̄cedit ab euo. **E**bi no tandū q̄ euum est duratio p̄manens tota simul nul lam habens successiōe vel mutabilitatē annexam. et est idem qd̄ eternitas. que est p̄pria duratiō dei. fm̄ quā deus est cā tps. sicut em̄ deus p̄ suuz esse est cau sa cuiuslibet esse. et p̄ suam bonitatē est causa cuiusli bet boni. ita p̄ suā durationē est cā cuiuslibet durati onis. **M**otādū q̄ deus est stabilis. i. immutabilis qz nulla sp̄e motus mouet̄. nō generatiōe z corrupti one cū sit ingenerabilis z incorruptibilis. nec augm̄ tatione z diminutione cum nō sit quantus. non alte ratione nec loci mutatione cum sit imp̄bilis. **E**t p̄bat aresto. viij. pbisicoz. ex ordine mouentiū et mobilium necesse est deuenire ad aliqd̄ primū oīno immobile z p̄ se z p̄ accidens. **M**otādū q̄ oia a p̄mo sunt muta bilia. vel fm̄ esse vel fm̄ opationē. Si fm̄ esse hoc est dupliciter. vel fm̄ esse subale sicut entia generabilia z cor ruptibilia. vel fm̄ esse accidētale: sicut corpa celestia q̄ licet nō mutent̄ generatione z corruptione. tñ mutant̄ fm̄ esse locale. Si aut̄ ē mutatio fm̄ opationez. sic intelligentie sunt mutabiles. qz in ip̄is est successio intel lectiōnū. lz q̄ nō mutent̄ q̄ ad eē tñ q̄ ad opationē. **A**liē exponit̄. Stabilisq; manēs das cūcta moueri. vl̄ om̄ib⁹ sp̄eb⁹ motū. vel aliq̄b⁹ sp̄eb⁹ mot⁹. accipiēdo motū stricte vel large. **A**liē exponit̄. Stabilisq; manēs das cū cta moueri. nō q̄ oia moueant̄: s̄ q̄cqd̄ mouet̄ te dante mouet̄. z s̄ile gen⁹ locutionis h̄i Job. i. Illuminat om nem boiem venientē in hūc mūdū. nō q̄ oīs simul illuminēt̄. s̄ oīs q̄ illumināt̄ a deo illuminant̄.

Adetrum nonū libri tercij.

Qui ppetua mūdū rōne gubernas.
 Terraz celiq; sator: q̄ t̄pus ab euo
 Ire iubēs: stabilisq; manēs das cūcta mouēi
 Quē nō externe pepulerūt fingere cause.
 Materie fluitātis op⁹: verū insita summi
 Forma boni liuore carēs. tu cuncta supno
 Ducis ab exēplo pulcrū: pulcerrim⁹ ip̄e
 Mūdū mēte gerēs: s̄iliq; imagine formās
 Perfectasq; iubēs p̄fectū absoluerē p̄tes.
 Tu nūeris elemēta ligas vt frigora flamis
 Arida pueniāt liq̄dis. ne purior ignis
 Euolet. aut merlas reducāt pondera t̄ras

Quem nō externe. **H**ic p̄bia oñdit deū esse beniuolū ex bonitate clementie q̄ oia p̄duxit z dicit. que. s̄. deū externe. i. extrinsece cause. nō pepulerūt. i. nō coegerūt. fingere. i. p̄ponere. opus. i. creaturā fluitātis/materie. q̄ fluit de esse ad non esse. z econuerso de non esse ad esse forme. **T**erz. p̄ sed. insita. i. intrinseca forma. summi boni. i. summe tue bonitatis. s̄. supple pepulit te fingere opus fluitant̄ materie. **O** pater tu ducis. i. p̄ducis. cūcta ab exemplo supno. i. ab exemplari ppetuo. tu ip̄e pulcerrimus ab oi deformatate elongatus gerens mente. id est memoria. plenū mūdū seu pulcrū mūdū. s̄. archibicū. formās. i. p̄ducēs ip̄m mūdū sensibilē. simili imagi ne sicut p̄fuit in mente tua. z tu iubēs mūdū p̄fectū. i. p̄fecte p̄ductū. absoluerē. i. absolutū tenere sine defe ctu alicuius. p̄fectas p̄tes. i. elemēta z elemētata. q̄ spectāt ad integritatē mūdū. **M**otādū q̄ omne qd̄ ne cessitatur a causa extrinseca necessitat̄ ab efficiente vel a fine. qz non sunt plures cae extrinsece. efficiens autē necessitat̄ dupliciter. **V**el violētā inferendo. vt p̄iciēs lapidem sursum. vel aliquid cōferendo quo naturalit̄ moueat̄ sicut generās formā dans leuitatis mouet ignem sursum de necessitate nature. deus aut̄ nō necessita tur ab efficiente primo modo. s̄. necessitate violentie: cū nihil sit potentius eo. nec necessitate secundo modo. cum nihil ab alio recipiat. nec etiam necessitat̄ necessitate finis. quia quod necessitat̄ ab alio tanq̄ a fine opa tur ad ip̄m sicut im̄p̄fectum ad p̄fectum. eo q̄ finis est bonū z p̄fectio illius qd̄ est ad finē. deus aut̄ a nullo ex trinseco p̄ficiat̄. **M**otādū q̄ sola bonitas diuina coegit ip̄m ad p̄ducenduz op⁹ fluitātis materie. nō au tem coegit ip̄m necessitando sed libere mouendo. **M**otādū q̄ inuidia facit q̄ aliquis bonum alteri nō cō municat. quia inuidia est tristitia de bono alterius. z quia talis inuidia in deo nō est. ideo summam bonitatez p̄ creationem alijs cōm nuicauit. **E**nde dicit plato in thīmeo. **A**b optima inuidia longe relegata est. et p̄se quens sibi dissimilis prout naturaliter cuiusq; capax beatitudinis esse poterat. efficiq; voluerit. **M**otādū q̄ sicut in agentibus per naturā forma rei siende p̄existit in agente fm̄ esse reale. sic in agentibus fm̄ intel lectum forma rei producende p̄existit fm̄ esse intellectuale. sicut artifex volens producere domuz. oportet for mam domus primo in mente p̄existere tanq̄ exemplar ad cuius imitationem faciat domum in materia. cū igitur deus sit agens per intellectū producens mūdum. ip̄e p̄habuit in mente sua exemplar mūdū et omnium partium eius. ad cuius imitationem produxit mundum extra. supple qui mundus in mente diuina p̄existēs dicit̄ architypus ab archos qd̄ est princeps et typos similitudo q̄si p̄ncipalis similitudo. cuius imago dicit̄ iste mundus sensibilis.

Tu numeris elementa ligas. **H**ic p̄bia p̄mendat deū ex pte sapiētie quo ad specialē effectū p̄ductionem **E**t primo ex productione elementorum. **S**ecundo ex productione anime mundi. **T**ercio ex productione no straz animaz. secūda ibi. **T**u triplicis. **T**ercia ibi. **T**u causis. **P**rimo dicit. **O** pater tu ligas elemēta nume ris. i. p̄porcionibus numeralibus vt elemēta frigida pueniāt. i. p̄cordāt flamis. i. calidis elementis. z vt arida. i. sicca elementa. conueniant liq̄dis. i. humidis elementis. ne ignis purior inter elementa euolet. id est exeat speram suam magis ascēdendo. et ne pondera. id est grauitates. deducant. id est magis deorsum ducant. ter ras merlas. id est depressas. **M**otādū q̄ elementa habent p̄porcionem numeralē inter se. sicut. n. duo numeri quadrati conueniunt in vno numero medio p̄porcionalī. Sic duo elementa contraria in dua bus qualitatibus conueniunt in vno elemento medio p̄porcionalī vtriq;. **V**erbigratia. Numer⁹ quadratus est q̄ p̄stat ex ductu sui ip̄i in seip̄m. dicēdo bis duo. ter tria. bis duo in q̄ternarium: z ter tria in nouenarium. et accipere vñ numerum medium p̄porcionabile. s̄. senariuz. qui fm̄ eandem p̄porcionē excedit q̄tuor in qua

Liber tercius

exceditur a nouem. sicut enim nouem continet sex et media partem sex. ita sex continet quatuor et media parte quatuor. Sic similiter est in elementis. Nam ignis et aqua in duabus qualitatibus contrariantur. ignis enim est calidus et siccus aqua frigida et que colligantur uno medio super aere. que uenit cum igne in caliditate. et cum aqua in humiditate. similiter est de aere et terra respectu aque. Secundum hanc similitudinem sic exponitur. Tu ligas elementa numeris. id est. proportionibus numerabilibus. ut frigora. id est. aque que frigide sunt. ueniant flammis. id est. ignibus. que calidi sunt. primum elementum medium quod est aer. et arida. id est. terre que aride sunt ueniant liquidis. id est. partibus aeris que humide sunt per elementum medium quod est aqua.

Tu triplicis media nature cuncta mouente.
Connectes aiaz. per persona membra resoluis
Que cum secta duos motum glomeravit in orbem
In semet reditura meat: mentemque profundam
Circuit. et sibi peruertit imagine celum
Tu causis aiaz paribus vitalisque minores
Prouehis. et leuibus sublimes curibus aptas
In celum terraque seris. que lege benigna
Ad te peruersas reduci. facis igne reuerti
Da pater angustam menti descendere sedem.
Da fontem lustrare boni. da luce repta.
In te perspicuos animi refigere visus.
Dissice terrene nebulas et pondera molis.
Atque tuo splendore mica. tu namque serenum.
Tu reges tranquilla pueris. te cernere finis.
Principium. vector. dux. semita. terminus. id est.

Tu triplicis media nature cuncta mouente. Hic philosophia ostendit sapiam ex anime mundi. producte. ubi sciendum quod ista littera coniter exponitur ad intentionem platonis in thymeo. sed quod ista expositio est difficillima et modice utilitatis ego eam pertranso: et ponam facile expositionem. que est de mente aristotelis. Ad cuius euidentiā est notandum. quod per animam mundi hic intelligitur intelligentia mouens orbem. que per motum virtutem suam influit inferioribus. et hec intelligentia dicitur media inter deum et animam humanam. Sicut enim in dignitate et perfectione excedit a deo: sic ipsa excedit animam nostram. **Nota** tamen quod intelligentia huiusmodi dicitur esse triplicis nature. propter tres operationes quas habet. scilicet. mouere orbem. intelligere deum. et intelligere seipsum. **Nota** tamen quod orbis celestes dicitur persona membrata intelligentie. quod per ipsos tanquam per organa et instrumenta intelligentia influit inferioribus. licet enim intelligentia prima intentione moueat propter se. tamen secunda intentione mouet propter inferiora. **Hic** premissis littera plana erit. unde dicitur sic. Tu deus animam supple mundi que est intelligentia. mediam super. inter deum et aiaz humanam. triplicis nature. id est. triplicis operationis. mouente cuncta supple inferi

ora per influxum illum tu connectens. resoluis. id est. distinguis. eam per persona membra. id est. per uenientes orbem. que anima cum secta. id est. diuisa quantum ad operationes. glomeravit. id est. impellit. motum in duos orbem super. in orbem primi mobilis. et in orbem planetarum. ipsa reditura. id est. reflexa. meat. id est. procedit in semetipsam supple intelligendo quod est una operatio. et ipsa circuit mentem profundam. id est. mentem diuinam deum intelligendo. que est alia operatio. et ipsa peruertit. id est. mouet celum. simili imagine. id est. intellectione. quod est tertia operatio eius. **Ad** hoc nota. licet corpora celestia sint diuersa. tamen ratione unitatis ordinis prout dicitur unum corpus. Similiter intelligentie licet sint diuersae. tamen prout dicitur una intelligentia propter unitatem ordinis in operatione mouendi que dicitur in singulari animam et non aiaz.

Tu causis aiaz paribus vitalisque minores. Hic philosophia commendat sapiam dei ex aiaz nostrarum creatione dicens. **O** pater tu puebis. id est. producis aiaz hominum. et minores uitas. id est. aiaz brutorum et plantarum paribus causis. que aiaz mundi produxisti. scilicet. tu aptas sublimes. id est. aiaz rationales hominum. leuibus curibus. id est. celestibus stellis. tu seris eas in celum et terram. id est. in corpora terrena. quas aiaz peruersas reduci igne. id est. charitate reducete. facis reuerti ad te benigna lege. id est. ordinatione tua. **Nota** quod aiaz bestiarum et plantarum dicuntur minoris uite respectu aiaz hominum. eo quod non habent tot nec ita perfectas operationes uite sicut aiaz hominum. **Nota** quod per leues currus sunt intentionem platonice rum intelligit stellas pares curibus. dixerunt enim platonici quod deus omnes aiaz si creauerit et seminauerit eas in celo delegendos eos stellis paribus. a quibus postea dilabantur in corpora. sed hec opinio non valet. scilicet. quod omnes anime simul sint create. imo omni die de nouo creantur et create corporibus infunduntur. **Dicitur** autem aiaz serri in celum propter uirtutem celestem. ex quo unio aiaz ad corpus pertrahit suam propter deum. licet aiaz a deo producat in corpore. tamen unio ex parte dispositionis corporum dependet a uirtute celesti. ideo dicitur eas serri in celum et terram. quod aiaz non coaptant corporibus nisi mediante uirtute celesti. **Ubi**. ij. philosophorum. **Ubi**. n. hominem generat et sol. **Nota** quod deus aiaz creatas aptat leuibus curibus. id est. stellis paribus quod sic potest intelligi. quod aiaz creata paritate et similitudine habet cum stella. Sicut enim stella est nobilior parte sui orbis et est perpetua. sic aiaz rationalis perpetua eternis est nobilior parte hominum. **Uel** sic potest intelligi. quod deus aiaz creatas aptat leuibus curibus. id est. rationi et intellectui que dicuntur currus aiaz que ducunt hominem in cognitionem rerum. que aiaz serit in celum et terram. quod aiaz ratione et intellectu habet cognitionem celestium et terrestrium. **Nota** quod per ignem reducere intelligit ardorem caritatis. que hominem auersum a deo uicijis facit ipsum redire uirtutibus. nisi enim homo deum amet ipsum non querit. nisi querat non inueniet. nisi inueniat ad ipsum non reuertetur.

Da pater angustam. Postquam philosophia captauit beniuolentiam dei ipsum multipliciter commendando: hic exprimit suam petitionem dicens. **O** pater que facis omnia predicta. da. id est. concede menti super. humane. descendere angustam sedem. id est. nobilem sedem summi boni. da lustrare. id est. inuestigando inuenire. fontem boni. id est. deum que est fons omnis boni. da luce repta. id est. cognitione perhabita in te refigere. scilicet. per amorem. perspicuos visus. id est. claros intuitus. animi. rationis et intellectus. **O** pater tu dissice. id est. diserge nebulas. id est. obscuritates. et pondera. id est. grauitates terrene molis. id est. dilectionis terrene. atque mica. id est. resplende tuo splendore. tu namque es serenum que supple omnia illustrant. **Tu** es tranquilla requies pueris super. mentibus. te cernere. id est. uidere. est finis super. omnium. tu idem eternis es principium. quod origo omnium rerum. tu es vector quod uehis nos per gratiam que peruenire non possumus per naturam. tu es dux ducens ab errore ignorantie ad ueritatem sapientie. tu es semita cum sis uia et ueritas et per te ad te ipsum peruenit. tu es terminus ultra quem nihil querit cum sis summum et perfectum bonum. **Nota** quod sedes summi boni dicitur angusta. id est. subtilis. quod uix magno labore ad ipsam peruenit. uel dicitur angusta. id est. nobilis. quod nihil sibi pari potest. **Ubi** deus uocat fontem summi boni. sicut enim riuuli bene existere et fluere a fonte et ipse a nullo. sic a deo omne bonum habet esse: ipse autem a nullo. **Nota** ad hoc quod sedes summi boni descendat oportet quod inuestiget. et quod non sufficit inuestigare si non inueniat. nec inuenire si non diligat. ideo philosophia petit per amorem refigi visum animi. id est. rationem et intellectum in summum bonum. **Nota** quod quod intellectus et ratio impediuntur et obscurantur per affectionem et desiderium terrenorum. quod corpus quod corrumpit aggrauat animam quam corpus est subiecta ideo philosophia petit fugari nebulas terrene molis. et quod non sufficit fuga tenebrarum nisi assit lux illuminas. ideo petit illuminationem dicens. **Atque** tuo splendore mica. **Item** dissico. cis. id est. dispergo uel remoueo. et dicitur a dis per positionem inseparabili et a verbo ico cis.

Prosa decima tercii libri.

Quoniam igitur que sit imperfecti. Ista est decima
psa huius tercij: in qua pbia ondit vbi vera
beatitudo sit pstituta. et pmo ptinuando se p
bat beatitudinē pfectā esse in rerū natura. scdo ostē
dit in quo sit vera beatitudo. ibi. Quo dō. Primo vi
dit. Boetij qm̄ vidisti in pcedētibz que sit forma
imperfecti boni. et que sit forma perfecti boni. nūc re
oz. i. opinor esse demonstrandū. quonā. i. vbi. bec pfe
ctio felicitatis. i. pfecta felicitas. sit pstituta. in q̄ sup
ple inuestigando. illud ego arbitror primū esse inq̄
rendū. an aliqd̄ hmoi bonū pfectū quale pauloante
.s. octava. psa diffinisti. possit existere in rerū natura
ne cassa. i. vana. imago. i. species cogitationis nos de
cipiat pter veritatē subiecte rei. i. exntis rei. s̄ neq̄t ne
gari qn̄ existet in rerū natura pfectū bonum et pfecta
felicitas. et hoc bonū sit veluti fons omnium bonoz
et tūc pbat ipm̄ esse tali rōne. In quocūq̄ genere ē
repire imperfectū in eodē est repire pfectū. s̄ in gene
re rez est repire imperfectū bonū et imperfectā felicitatē
vt pz ex pcedētibz. s̄ in rez natura erit dare pfe
ctū bonū et pfectā felicitatē. hāc rōne ptractat in lite
ra et dicit. Omne qd̄ dicit̄ esse imperfectū illud pbi
bet̄ imperfectū diminutiōe. i. ex defectu pfecti. q̄ sit vt
si in q̄libet genere videat̄ esse qd̄. i. aliqd̄ imperfectum
in eo ḡne necesse sit aliqd̄ esse pfectū. etem̄ sublata. i.
circūscripta pfectione. nec fingi pōt vnde extiterit. i.
esse habeat. qd̄ p̄hibet̄ imperfectū. neq̄. n. natura ce
pit exordij a diminutis et incōsummatīs. i. ab impfe
ctis. sed natura pcedens ab integris et absolutis. id
est pfectis. dilabit̄ in bec extrema. i. inferiora. atz ef
feta. i. infructuosa. ex hoc ḡ accipit̄ maior rōnis in q̄
cūq̄ repit̄ aliqd̄ imperfectū in eodē repit̄ pfectū. Tūc
subiungit̄ minorē dicens. Sicuti pauloante mōstra
uimus que ē fragilis boni et imperfecta felicitas. Et po
nit̄ p̄clusionē dicens. Ergo dubitari nō pōt eē aliquaz
solidā et pfectā felicitatē. qd̄ pcedēs. B. dicit. veris
sime et firmissime p̄clusum ē. **N**otandū q̄ in tpali
bus et sensibilibz nō pōt esse summū et pfectū bonū
et qz multi sunt q̄ nō putāt esse alia bona pter sensi
bilia. ideo ne aliqs̄ putet nullū esse pfectū bonū in
rerū natura. pbia primo an̄ q̄ ondat vbi sit sitū pfe
ctū bonū pbat ipm̄ esse. **N**otandū q̄ res subiecta
est de qua habet̄ sermo et cognitō. s̄ dū cogitam̄ de
re q̄ nō est tūc ē cogitatio cassa pter veritatē subiecte
rei decipiēs nos. ne aut̄ talis cognitio videat̄ eē sum
mi boni. id pmo pbat ipm̄ eē in rez natura. **N**o
tandū q̄ imperfectū nō pōt eē pncipiū rez. qz pfe
ctū p̄us ē imperfecto. pncipio aut̄ nō est aliqd̄ p̄. ex
quo seq̄tur q̄ vbi est imperfectū ibi est repire pfectū

Notandū q̄ est deuenire ad aliqd̄ pfectū a q̄ na
tura incipiēs p̄gredit̄ ad posteriora imperfecta. cuius
modi sunt bec inferiora q̄ dicūt̄ extrema et effeta. q̄a
sunt vltima causatoz nō causa alijs inferioribus.
Quo dō inq̄t. Dic pbia ondit in q̄ pfectū bo
nū siue felicitas sit sita. scdo pcludit̄ qd̄dā correlari
um. tercio mouet̄ dubitationē. scda ibi. Sup̄ bec. tercia ibi. Atq̄ B̄ qz. Primo dicit̄ vel ondit pfectā felicitatē
eē in deo pstitutā. scdo ondit per quē modū sit in deo. ibi. S̄ q̄so. pmo ponit̄ vnā p̄positionē notaz. scdo ex
ea pbat intentū. ibi. Ita dō. Duo dicit̄. Iā pbatū est q̄ est dare pfectū bonū. q̄ dō. i. in q̄ bitet̄ illud pfectum
bonū. ita p̄sidera. Et tūc subiungit̄ p̄positionē. Dis p̄ceptio cōis humanoz aioz. pbat. i. p̄cedit̄ deū eē bonum
pncipē oim rez. et q̄ de? sit qd̄dā bonū. pbat p hoc qz deo nihil meli⁹ excogitari pōt. et q̄s dubitat̄ illud eē
bonū. q̄ melius nihil est. q. d. nullus. **N**otandū q̄ deū esse pncipē oim rez omnes p̄cedūt. s̄ qz pitagorici
duo posuerunt esse pncipia rerū. vni bonū aliud malū. ne ḡ aliqs̄ occasione bui⁹ negaret̄ deū esse bonū. idō
hoc pbat ex eo q̄ nihil potest melius excogitari deo. Unde dicit̄ beat⁹ aug. in li. de doctrina xpiana. Om̄s la
tine lingue scientes cum aures eoz sonus tetigerit quo p̄fert̄ deus mouent̄ ad cogitandū excellentissimā q̄n
dam immortalē naturā. ita aut̄ cogitat̄ deus vt aliqd̄ quo nihil sit melius.

Ita dō bonū eē deū. Dic pbat intentū q̄ beatitudo siue pfectū bonū sit sitū in deo tali rōne. Perfectūz bo
nū est vera btitudo. s̄ in deo est pfectū bonū. s̄ in deo est vera beatitudo: vñ dicit̄ in lra. Rō ista demonstrat̄ de
um eē bonū vt cōicat. i. infallibiliter pcludat. in eo esse pfectū bonū. nā ni. i. nisi de? sit tale. s̄ pfectū bonū. nō po
terit esse pncipē oim rez. si. n. nō sit pfectū bonū. erit aliqd̄ p̄stantius eo. possidens pfectū bonū. quia
omnia perfecta daruerūt. i. manifesta sunt. eē p̄iora minus integris. i. p̄fectis. q̄re nō rō p̄deat. i. p̄cedat. in
infinitū. p̄sistendū est summū deū esse plenissimū summū et p̄fecti boni. et sic pz minor rōnis. s̄. q̄ in deo ē per
fectum bonū. Tūc pbat maiorē dicens. Sed p̄stituimus. i. pbauimus nona. psa p̄fectū bonū esse verā be
atitudinē. igit̄ restat̄ pcludere q̄ necesse est verā beatitudinē sitā esse in summo deo. cui Boetius p̄sentis vi
dit. accipio. i. p̄cedo inq̄. nec est qd̄ villo modo queat p̄radici.

Prosa. x. libri tercij.

Quoniam igitur que sit imperfecti q̄ etiā
p̄fecti boni forma vidisti. Nunc de
monstrandū reoz quonā bec felici
tatis p̄fectio p̄stituta sit. In quo illud pri
mū arbitror inquirendū. an aliqd̄ hmoi
bonū (quale pauloante diffinisti) in rerū
natura possit existere. ne nos p̄ter rei subie
cte veritatē cassa cogitationis imago deci
piat. Sed qn̄ existat. sitq̄ hoc veluti q̄dez
oim fons bonoz. negari neq̄t. Omne. n. qd̄
imperfectū dicit̄ esse. id diminutiōe p̄fecti im
perfectūq̄ esse p̄hibet̄. Quo sit vt si in quoli
bet genere imperfectū quid esse videat̄. in eo
p̄fectū q̄ aliquid esse necesse sit. Et em̄ p̄fe
ctione sublata. vnde illud qd̄ imperfectū p̄hi
bet̄ extiterit: ne fingi qd̄ pōt. Neq̄ em̄ ab
diminutis incōsummatīsq̄ natura rez ce
pit exordij: s̄ ab integris absolutisq̄ p̄ce
dens in bec extrema atz effeta dilabit̄. **Q**
si (vti pauloante monstrauim⁹) est quedā
boni fragilis imperfecta felicitas: eē aliquaz
solidā p̄fectāq̄ nō pōt dubitari. B. Firmis
sime inq̄ verissimeq̄ p̄clusum est. P. Quo
uo inq̄t habitet ita p̄sidera. teū rez omnium
pncipē bonū esse. cōis humanoz p̄ceptio
pbat aioz. Mā cū nihil teo melius excogi
tari queat. id quo melius nihil est: bonū eē
q̄s dubitat̄: Ita vō bonū esse deū rō temō
strat: vt p̄fectū q̄ bonū in eo esse cōicat. nā
ni tale sit: rez oim pncipē esse nō poterit.
Erit. n. eo p̄stanti⁹ aliqd̄ p̄fectū possidens
bonū: qd̄ hoc prius atq̄ antiq̄us esse videa
tur. Sia nāq̄ perfecta min⁹ integris p̄ora
eē claruerūt: q̄re ne in infinitū ratō p̄deat.
p̄sistendū est summū deū: summū p̄fectūq̄ bo
ni esse plenissimū. S̄ p̄fectū bonū verā eē
beatitudinē cōstituimus: veram igit̄ be
atitudinē in summo deo sitā esse necesse
est. B. Accipio inq̄: nec est quod contradi
ci villo modo queat.

Notandum qd si deus non esset perfectum bonum sed imperfectum, prederet in infinitum sic arguendo. Deus vel est perfectum bonum vel imperfectum. si perfectum habet oppositum. Si imperfectum erit aliquid prius eo: cum perfectum sit plus imperfecto. Illud ergo prius vel est perfectum bonum vel imperfectum. si perfectum illud erit deus. et tunc oppositum. Si imperfectum erit aliquid prius eo. cum perfectum sit prius imperfecto. Item quod de illo priori. vel est perfectum bonum vel imperfectum. et sic prederet in infinitum. vel dabitur deus esse perfectum bonum. et hoc innuit in littera cum dicitur. Quare ne in infinitum ratio predat.

Sed quod te inquit. Hic phia ostendit per quem modum vera beatitudo sit in deo. quod non est in deo tanquam aliquid distinctum ab ipso sicut accidens a subiecto: sed est idem cum ipso. quod probat quatuor rationibus. scilicet ibi. Postremo. etiam ibi. Dico enim. quarta ibi. Respice inquit. Dumo promittit intentionem suam cum quadam divisione cuius membra improbat dicens. Sed boeti queso te vide quod id sancte. i. firmiter et inuolabiliter probes: quod diximus summum deum esse plenissimum summum boni. et dicit boetius. Quoniam modo super hoc probat. Tunc ponit phia divisionem dicens. presumas. i. putas ne hunc patrem omnium rerum accepisse extrinsecus illud summum bonum quo prohibetur esse plenus. vel presumas ita naturaliter habere a se illud bonum. quasi cogites diuersam esse substantiam dei habitus et beatitudinis habite. Et tunc improbat membra. primo quod deus non accepit summum bonum ab extrinseco dicens. Nam si putes bonum quod in deo est extrinsecus acceptum: tunc tu possis. i. potes existimare esse prestantius. i. melius illud bonum quod dederit eo quod accepit super deo: quod est falsum: quod ostendemus hunc precellentissimum omnium re. Tunc probat quod perfectum bonum in deo non est in ipso naturaliter tanquam differens a substantia sua dicens. Quod si natura. i. per naturam. inest deo summum bonum sed est diuersum ab ipso ratione quod dicitur aditativa. fingat quod potest quod hec diuersa dixerit super deum et summum bonum. quod d. non est dare aliquem potest ista diuersa dixerit tunc. **Notandum** quod ratio quam phia ostendit est ista. Summum bonum quod est in deo vel est acceptum ab extrinseco. vel inest sibi naturaliter. si ab extrinseco aliquid erit prestantius et nobilius deo. quod dicitur summum bonum prestantius est recipiente ipsius. si autem inest deo naturaliter vel tanquam idem sibi. vel tanquam diuersum ab ipso. si tanquam idem sibi habet oppositum. si tanquam diuersum ab ipso: erit aliquid plus quod ista diuersa dixerit: talia autem fingere est difficile.

P. Sed quod inquit te: vide quod id sancte atque inuolabiliter probes quod boni summi summum deum diximus esse plenissimum. **B.** Quoniam inquit modo. **P.** Me hunc rex omnium patrum illud summum bonum quod plenus esse prohibetur: vel extrinsecus accepisse: vel ita naturaliter habere presumas: quasi habitus dei: habitusque beatitudinis. diuersam cogites esse substantiam. Nam si extrinsecus acceptum putes: prestantius id quod dederit: eo quod accepit existimare possis. Sed hunc esse rerum omnium precellentissimum dignissime cōfitemur. Quod si natura quod dicitur inest: sed ratione diuersum: cum de rerum principio loquimur deo: fingat quod potest. quod hec diuersa dixerit. Postremo quod a qualibet re diuersum est. id non est illud a quo intelligitur esse diuersum. quare quod a summo bono diuersum est. sui natura id summum bonum non est. quod nequias est de eo cogitare. quod nihil prestat esse prestantius. Dico enim nullius rei natura suo principio melior poterit existere. Quare quod omnium principium sit: id etiam sui substantiam summum esse bonum verissima ratione conclusimus. **B.** Rectissime inquit. **P.** Sed summum bonum beatitudinem esse concessum est. **B.** ita est inquit. **P.** Ergo inquit deus esse ipsam beatitudinem necesse est cōfiteri. **B.** Nec inquit oppositis probis refragari queo. et ab illis si illatum sequens esse prospicio. **P.** Respice inquit an hinc quod idem firmius approbetur. quod duo summa bona que a se diuersa sunt: esse non possunt. Etenim que discrepant bona: non esse alterum: quod sit alterum liquet. quare neutrum poterit esse perfectum. cum alterutri alterum deest.

etiam ibi. Dico enim. quarta ibi. Respice inquit. Dumo promittit intentionem suam cum quadam divisione cuius membra improbat dicens. Sed boeti queso te vide quod id sancte. i. firmiter et inuolabiliter probes: quod diximus summum deum esse plenissimum summum boni. et dicit boetius. Quoniam modo super hoc probat. Tunc ponit phia divisionem dicens. presumas. i. putas ne hunc patrem omnium rerum accepisse extrinsecus illud summum bonum quo prohibetur esse plenus. vel presumas ita naturaliter habere a se illud bonum. quasi cogites diuersam esse substantiam dei habitus et beatitudinis habite. Et tunc improbat membra. primo quod deus non accepit summum bonum ab extrinseco dicens. Nam si putes bonum quod in deo est extrinsecus acceptum: tunc tu possis. i. potes existimare esse prestantius. i. melius illud bonum quod dederit eo quod accepit super deo: quod est falsum: quod ostendemus hunc precellentissimum omnium re. Tunc probat quod perfectum bonum in deo non est in ipso naturaliter tanquam differens a substantia sua dicens. Quod si natura. i. per naturam. inest deo summum bonum sed est diuersum ab ipso ratione quod dicitur aditativa. fingat quod potest quod hec diuersa dixerit super deum et summum bonum. quod d. non est dare aliquem potest ista diuersa dixerit tunc. **Notandum** quod ratio quam phia ostendit est ista. Summum bonum quod est in deo vel est acceptum ab extrinseco. vel inest sibi naturaliter. si ab extrinseco aliquid erit prestantius et nobilius deo. quod dicitur summum bonum prestantius est recipiente ipsius. si autem inest deo naturaliter vel tanquam idem sibi. vel tanquam diuersum ab ipso. si tanquam idem sibi habet oppositum. si tanquam diuersum ab ipso: erit aliquid plus quod ista diuersa dixerit: talia autem fingere est difficile.

Postremo quod a qualibet. Hic phia ponit secundam rationem quod summum bonum in deo non differt ab ipso. et est ratio talis. Illud quod est diuersum ab alio non est illud a quo diuersum. Si ergo summum bonum esset diuersum a deo: deus non esset summum bonum: quod nequias est dicere. unde dicitur in littera. Postremo illud quod est diuersum a quolibet re. illud non est illud a quo intelligitur. i. videtur esse diuersum. quare quod sui natura diuersum est a summo bono: illud non est summum bonum. si igitur summum bonum ita sit in deo quod per naturam est diuersum ab eo. sequitur quod deus non sit summum bonum: quod nequias est cogitare de deo. quod nihil prestat esse prestantius. **Nota** si aliquid esset in deo diuersum ab ipso. deus esset compositus. et non

essentie simplicis quod est falsum. **Item** quod est in deo diuersum ab ipso. vel est accidens vel pars eius. non accidens: quod deus non est subiectum alicuius accidentis. si est pars eius cum pars precedat totum aliquid erit plus deo. quod falsum est.

